



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1000. Usque Ad Annum 1063

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117956

§. 35. Sergii IV. obitus. Benedictus VIII. Papa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66323)

Sæculum XI.

§. XXXV.

A.C. 1012.*Sergii IV. obitus. Benedictus VIII. Papa.**Chron. Sax.*

1013.

*Ditm. p. 84.**Pap. conat.*

Henrico Rege Poldenæ in Saxonia Natalem Domini anno millesimo duodecimo celebrante, advenit novus Papa Benedictus VIII. omnibus dignitatis Pontificiæ insignibus fulgens, & coram omnibus lamentabilem in modum exposuit, quod ab inimicis urbe expulsus fuisset. Nempe Sergio IV. eodem anno 1012. decima tertia Julii, postquam in Cathedra Petri sedisset annos duos & novem menses, defuncto, & in Ecclesia S. Joannis in Laterano sepulto, Romani in partes abierant, his cuidam Gregorio adhærentibus, aliis Joannem Episcopum Portuensensem, Gregorii Comitis Tusculanensis filium eligentibus. Vicit vero Joannes, & Papa salutatus Benedictus VIII. appellari voluit. Sacram Sedem deinde annis duodecim tenuit. Tunc vero cum Gregorii factio prævaleret, Benedictus ex urbe fugere, & opem Henrici Regis petere, compulsus fuerat.

Chron. Cass.

l. II. c. 27.

§. XXXVI.

*Obitus S. Libentii. Unvan Archiepiscopus Bremensis.**Sup. lib.*

L. VII. §. 16.

Anno sequente millesimo decimo tertio S. Libentius, seu *Lievezo* Archiepiscopus